

6, 10, 620. de quibus deducto caractere VII. mensium, manet Tisri ejusdem anni 2, 17, 469. Jam effluerant cycli cxxi, quorum character est 7, 12, 265, quo ablato de 2, 17, 469, manent 2, 5, 204.

Porrò ex eo, quòd Hebræi dicunt hoc contigisse anno contractum 670, colligit rectè se dixisse constitutum illud anno Christi 344, sive 4105. quia qui vivebat anno 4104. poterat superstes esse anno 4118.

CAPUT XLII.

Elenchus doctrinæ Scaligerianæ de anno Judaicorum novitio, ac primam eorum, quæ lib. de Emend. II. disputantur.

I. SCALIGERIANÆ doctrinæ fucus, & mendaciorum, commentorūque lascivia quædam in hoc de Judaico anno capite cumprimis apparet. Jam illud de Periodo Calippica à Judæis usurpata consèquum esse demonstravimus; ac cetera, quæ indidem consequuntur, copiosè refellimus. Ubi & Scaligerum ostendimus pugnantia fecum, ac contraria variis in locis docuisse; cum formam illam Calippicam alibi ad Constantiniana tempora retentam esse statuit: alibi verò tanto ante repudiatam. sed & illud pariter commentitium esse constat, quòd ab illo repetitum est sèpius, cardinem anni fuisse VII. Octobris. De quo vide quæ paulò antè de Judaicorum anno veterè discripsimus.

II. Sequitur castigatio illa Judaici anni, quæ non solum temerè conficta, sed etiam inanis est, & ad id, cujus causâ comparatur, profus inutilis. Velim autorem aliquem sive Judæum, sive nostrum commemorè, qui de Periodo ista Judaicorum, de quæ castigationis illius ex cogitata ratione, vel tenuissimam mentionem asperferantur, cedo vel unum, qui Periodum illam annorum 6916. à Judæis constitutam esse significarit, quisque ad castigandam anni Calippici labem ejusmodi aliquid fuisse dixerit reperitum. In digestis Thalmudicis, Tractatu de anno, sive תרע"ה ותרע"ו: in I. part. Iad. R. Mofeben Maimon Tractatu de תרע"ה ותרע"ו: in Computo R. Isachar ben Mordekai, aliisque sexcentis libris universam illam anni doctrinam explicatam habemus. tum è recentioribus Paulus Forosempi libro VII. partis II. Paulina, Munsterus in Kalend. Christhmannus, & innumerabiles alii, eandem copiosissimè declararunt, omniumque causas, ac rationes accuratissimè vestigarunt. Quis non miretur neque Hebræos ipsos, neque Hebræissimi peritissimos scriptores Scaligerianam illam methodum uspiam attigisse? Sed ea est, uti diximus, commenticia; & non solum ad suscepium negotium otiosa profusa, & inutilis; sed etiam Judaicæ methodi rationibus adversatur.

Judæos enim affirmat Seleucidarum anno, & Calippica Periodo usque hæcenus: ita ut Tekupham in Octobris VII. collocarent; ut hoc loco docet, & lib. v. pag. 339, nec non in Judaico computo pag. 593. Postea cum animadvertissent Tekupham non amplius in VII. Octob. sed in XXIV. Sept. ex Sosigenis præscripto conferendam, emendare sic aggressi sunt, ut certum annorum numerum staterent, quo טעמיותא à VII. Octob. ad XXIV. Sept. fieri possit per dies XIIII.

Hæc ut verè sint, & ad institutum accommodata; ut, inquam, Judaicus ille confessus Tekupham à VII. Octob. ad XXIV. Sept. paulatim, & טעמיותא non præfractè perduceret; necesse illud imprimis fuit, ut à veterè, ac priore Tekupha, sive à puncto illo, in quòd anno primo Periodi conveniebat, pedetentim in anteriora progredederetur, donec ad Tekupham anno 4105. congruentem revocaretur: siquidem annus iste primus omnium veram, & Julianam Tekupham admittit Sept. XXIV. Quòd ut obtineri posset, non minus in anno solari, quàm in lunari טעמיותא illa constituenda fuit, ut pari progressionè fidus utrumque post XVI. cyclos, sive annos cccv, unum anticiparet diem. Nam si lunaris dumtaxat annus anteverat, solaris autem immobilis, ac fixus maneat, nulla Tekupha טעמיותא

existet, neque טעמיותא ac ratione in anteriora summovebitur.

Hoc igitur volo mihi respondeat Scaliger, senserintne primi illi computi conditores, in anno Solari טעמיותא fieri, ut paulatim ab Oct. VII. ad Sept. XXIV. Tekupha, sive anni cardo revolveretur. Hoc si voluisse dicat, quòd dici omnino necesse est, non jam ad Samuelis Tekuphas methodus ista pertinebit. Atqui tota illa Tekupharum doctrina, in qua dies auferuntur 12. 20. 204; quæque Autumnalem cardinem in die Sept. XXIV. statuit, R. Samuelis est, in eaque solaris anni modus Julianus est, dierum 365½, qui nullam Solis, aut Tekuphæ טעמיותא agnoscit; sed isdem in punctis immobilis cardines perseverant. Quamobrem quid attinet Autumnalem Tekupham ab Oct. VII. ad Sept. XXIV. paulatim methodo ista promoverè, cum Tekupha in eodem illo anno, ac computi forma moveri loco non debeat?

Deinde verò cum Tekuphæ טעמיותא methodo illa sit investiganda, non nisi lunarem antecessorem proponit Scaliger, ab Octobris 7. 5. 204. ad Sept. 24. 4. 204. Atqui Tekuphæ טעמיותא, non Novilunii, quartitur. Nam à VII. Octob. ad XXIV. Septemb. tredecim dierum antecessione reflectenda Tekupha est. Quid est ineptius quàm cum Tekupha veteri ab cardine per progressionem illam ad Julianam epocham transferenda sit, lunaris dumtaxat antecessoris mentionem facere? Ejusmodi enim est Tekuphæ illius ratio, ut per tres ac novem horas progrediatur, ut tam Judæi ipsi in computo, quàm Scaliger hoc in loco declarat. Exempli causâ; anno illo, quo bissextilis dies intercalatus est, Tekupha Autumnalis hora nona post initium noctis contingit: sequenti verò, hora XV, sive tertia post ortum diei; tertio à bissextili anno, in horam lucis IV. incidit: quarto in horam XV, sive tertiam à meridie; quinto denique qui bissextilem antecedit, hora tertia post initium noctis. Hoc igitur posito, primus annus Judaici computi, qui est Periodi Julianæ 953, cœpit anno ipso bissextili. Quare Tekupha in horam IX. post initium noctis convenit. Ita etiam annus ipse, quo institutus est computus, nimirum Judaicus 4105, qui iniit anno Christi 344, Per. Jul. 5057, bissextilis fuit: ideò Tekupha hora nona nocturna commissa est. Cum igitur cardo anni, sive Tekupha tunc in Octob. VII. incurreret, accidit Octob. VII, hora IX. ab initio noctis, quæ sextam diem sequitur, feria secunda inempte, cyclo Solis I. Ab hoc tempore ad XXIV. Sept. טעמיותא est facta, ut demum ad Julianam Tekupham perveniretur. Eæ porro anno 4105. perinde in horam nonam congruebat, post vesperam, exactò jam die Sept. XXIII, feria II. inempte, cyclo Solis XXVII. Ab hora nona nocturna post diem Octob. VI, ad horam nonam post diem Sept. XXIII, טעמיותא est dierum præcisè XIIII. Atqui in annis 4104. exactis, sive cyclis cccvi, antecessio lunaris est dierum XIIII. horæ unius, siquidem singuli decemnovennales cycli טעמיותא habent horæ I. 485.

Quocirca ad methodum antecessoris Tekuphæ, numerus annorum, ac cyclosum iste nequaquam accommodatus est. Majorem enim justò טעמיותא conficit, hoc est ab hora nona post VI. Octob. diem ad horam VII. post Sept. XXIII, in quam horam Tekupha Juliana non incidit. Unde vana est methodus illa, neque Samuelis instituto consentanea; cujus annus, uti dixi, merè Julianus est, nullam טעמיותא habens: in eoque Tekupha Autumnalis in XXIV. Septemb. est defixa: ubi & anno primo computi ex methodo collocatur: ita ut Novilunium primum, sive Tohu, diebus infra illam consistit 12. h. 20. 204. ut postea dicitur. Multum igitur Scaligeriana commenta à Judaorum mente, & Judaici computi rationibus abhorrent.

Ad hæc Novilunium primum Judaicum verum, hoc III. est non fictum, & prolepticum accidit feria VI. 14. 0. non autem feria II, 5. 204. Nam hoc posterius Novilunium est Tohu, sive fictum, quòd anno solido Lunæ ac Solis conditum antecessit, quòdque dumtaxat methodi gratiâ ad verum Novilunium adhibetur.

Porrò cur annus ille Christi cccxlv. potius à Scaligero deletus sit, ut esset radix emendationis, quàm alius quispiam, causa est nulla. Quam enim commentus est, eam nos vanissimam, & absurdissimam esse paulò antè demonstravimus; nimirum טעמיותא illam dierum XIIII. de qua re paulò post planius.

IV. Jam cum asserit VII. Octobris à Judæis vulgò diem haberi primam, qua mundus est conditus, hæc quidem vis est; ac vel in hoc uno capite declarari potest, quàm præcepit conjector ille fuerit. Etenim Judæi omnes, qui de hac anni forma scripserunt, perspicuè docent, primum Novilunium mundi conditi incidisse in feriam VI, horam XIV. ab initio noctis. Eæ porro feria non in VII. Octobris incurrit; sed in XXVI. Sept. At Novilunium illud, quòd in feriam 2. 5. 204, adeòque in Octobris VII. convenit, nequaquam ut verum, ac solidum à Judæis adsciscitur, sed methodi gratiâ טעמיותא usurpatur. Tekupha verò, quæ anni istius propria est, ante primum Novilunium contigisse ab isdem Judæis perhibetur, feria IV, hor. XV. ab initio noctis; eaque primum Novilunium antecessit die solido, & horis XIII. Numquam igitur qui hac anni forma sunt usi Judæi, Tekupham, sive cardinem in Octob. VII. contulerunt: quemadmodum neque Seleucida; ut cum de illorum ageretur anno, abundè demonstravimus. Consulantur Hebræorum commentarii de anno Judaico. Nullus est, qui hoc, quòd dico, & dicitur postmodum uberius, non aperte, planèque significet.

V. Sed & illud refutatum est non semel, quòd Syromacedonum cyclum, ænique formam apud Judæos in usu fuisse levissimis ex conjecturis asserit. Causa verò anticipationis Neomenia Nisan in Cyclis XIX. & VIII. alibi est à nobis tradita; nempe supra, in cap. de anno veteri Judaico, & in animadvertionibus ad Epiphanium, in expositione cycli Judaici. Ostensum est enim vitiosum ex illorum cyclo labem istam paulatim incidisse. Hoc verò sub Seleucidis perpetuò ac constanter accidisse falsum est; idque ex Anatolii, Josephi, Philonis, aliorumque veterum testimoniis, quæ illic expendimus, refelli potest.

VI. Nam quòd Judæi solarem annum à XXVI. Martii incant, quòdque ibidem diem intercalarem inferant, & hæc ipsa diei intercalatio proximè post Julianum, ac Romanum bissextilem incurrat, hæc, inquam, omnia nullis in Hebræorum, aut Latinorum Commentariis legi propemodum affirmare audeam. quæ omnia Judæos asserunt lunarem dumtaxat annum observare, & cyclum decemnovennalem utriusque sideris ratiocinia peraquare, hora una, & momentis 485. exceptis. Ita fit ut in anno ipso solari dies non exerts, uti apud nos, inferatur; sed in lunari dumtaxat mensibus, hoc est in Marcheswan, qui ex cavo fit plerumque plenus. Hinc annorum redundantium discrimen in lunariibus; quibus dies unus, ad exaquandos Solis טעמיותא arrogare solet: quæ res bissextilis diei nostræ vicem præbet. non id tamen inter XXV. & XXVI. Martii Judæi faciunt. alioqui Adar, & Nisan quarto quoque anno uno die esset auctior, aut quæ sit intercalationis illius ratio ne intelligi quidem potest.

VII. Postremò cum Tekupha progressionem ac methodum explicat, causamque reddit cur dies 12. 20. 204. deducantur, meris fabulis rem implicat. Nam & veram causam dissimulavit, quam nos subinde proponemus ex Hebræorum omnium sententia; & ineptam methodum explicavit, ad nihil minus, quàm ad id, quo de agitur, idoneam. Primum enim anticipationis dies illi tredecim cum hora prima à prima & veterè Tekupha ad Constantinianam computandi sunt: vetus autem illa, si Scaligero credimus, incidit in Octob. VII, hora IX. ab initio noctis, post exactum sextum diem. Igitur demptis diebus XIIII. hora una, Tekupha Constantiniana, id est anni cccxlv, congruit diei Sept. XXIV, hora octava post finem diei XXIII. Deinde perperam dicit à Kal. Sept. ad veterem Tekupham, sive primam computi, dies intercedere xxxvii, horam unam, vel dies xxx, horas xxv. Non enim plures sunt quàm xxxvi, horæ IX. Etenim cum Judæi diem auspiciantur ab inempte nocte, si primum diem Sept. ab inempte nocte post Augusti postremum diem inchoes, ab hoc puncto ad Tekupham illam Scaligerianam, hoc est horam nonam post destum diem Octob. sextum, dies sunt solidi xxxvi, horæ IX. Quòd si dies numerandi essent xxxvii, h. i. Tekupha horâ prima nocturna post exactum diem Octob. VII, adeòque octavo die mensis illius accideret. Ruit igitur methodus omnis, neque factis rectè causa declaratur, ob quam perpetuò dies auferantur 12. 20. 204. Qui quidem non ex diebus xxxvi, horis 25. sed ex xxxv, 25. detrahendi fuerunt.

rant; quot scilicet dies à Kal. Sept. ad septimum Octobris inemptem intercesserant. Nam pro eo ac Scaliger scriptis, anno illo emendationis, nempe 4105, Tekupha commissa fuerit hora nona post vesperam diei XXIV. jam exacti, hoc est Sept. xxv, cum tamen post absolutum XXI. dumtaxat acciderit, uti pag. 119. libri hujus affirmat.

Ad summam ut & Scaligerianæ doctrinæ vanitas appareat, & Judaici cycli, ænique forma declaratur, paulò de iis accuratius ex Hebræorum commentariis sermonem instituemus.

CAPUT XLIII.

Anni Judaici forma declaratur.

DUPLICEM à Judæis annum usurpatum fuisse satis in superiori disputatione monstratum est. Nam primis temporibus, nempe Christi sæculo, Neomenias aut ex quaterdenario Cyclo, cujusmodi ex Epiphanio proposuimus, indicere solebant; aut, ut ipsi volunt, ex פסח ac visione Lunæ; quo tempore veros Lunæ motus observabant. Hodie verò longè aliam anni rationem tenent, quæ ad medios ejusdem sideris motus directæ, XIX. annorum orbe circumscibitur. Hujus computi firmamentum in Solis, ac Lunæ definiendo circuito positum est. Lunaris syzygia dierum constituitur XXIX, horarum XII, scrupulorum 793. cujusmodi hora solida 1080. capit; hoc est 29. 12. 44. 3'. 20". Annus lunaris simplex est dierum 354. 8. 876'. vel 354. 8. 48'. 40". Cyclos decemnovennalis dies habet 6939. 16. 595'. sive 6939. 16. 33'. 3". 20". Solaris annus variè ab illorum doctoribus concipitur. Nam alii Tropicum adsciscunt, sive minorem Juliano, quem à Rabbi Adda constitutum asserunt, qui est dierum 363. 5. 995. & 48. momentorum, cujusmodi in uno halak, sive scrupulo horario Judaico, sunt 76. Unde excessus anni solaris, quo lunarem superat, est dierum 10. 21. 121. 44. Evoluta novemdecim annorum Periodo, Solis, ac Lunæ rationes adamussim respondunt, sine ullo residuo. De hac anni Judaici forma in lib. IV. disserit Scaliger. Altera verò, quæ hodierni computi propria est, solaris anni ratio Julianum modum retinet, nempe 365½, eaque Rabbi Samuelis esse dicitur. in qua primum anni unius excessus, quo lunarem excedit, dierum est 10. 21. 204. Vertente cyclo reliqua sunt ex anno solari hor. I. 483. quibus lunaris cyclos à Julianis XIX. annis superatur.

Hunc verò Solis annum non per se, uti nos facimus, absoluteque servant; sed in decemnovennali cyclo dumtaxat, & quatenus cum Lunæ rationibus implicatur. Neque enim popularem alterum annum usurpant, quàm lunarem; mensis item lunares. Quare nullus apud illos intercalaris dies quarto quoque inferitur anno: sed superfluis diebus, qui certis annis attribuuntur, & טעמיותא compensatur; quando Marcheswan ex cavo fit plenus. Unde falsa est Scaligeri divinationo, qui Judæos ait non solum Seleucidarum tempore diem unum intercalasse inter VI. & VII. Octob. verum etiam hodièque inter XXV. & XXVI. Martii id ipsum facere. Quòd Judæis est inauditum. Nam quadrans ille Julianus secundum Lunæ ratiocinia, ac cycli methodum, cavo mensi, hoc est Marcheswan, certis annis illigatur; nec in ea re Juliani lustri ab illis habetur ratio; de quo Judæorum peritissimos quosdam consului: quandoquidem commentis illius Scaligeriani nulla in eorum libris exstat memoria. Nullam igitur anni formam aliam Judæi retinent, quàm decemnovennali cyclo comprehensam; in qua Embolismorum septem, & טעמיותא beneficio, Lunæ טעמיותא cum sole conciliant. Addunt & annorum differentias, aliisque computorum תיקון: quæ quidem à nobis unâ cum reliqua omni civilis anni methodo libro VII. declaranda sunt. Nunc verò ad Judaici anni primordium, ac Tekupham, sive cardinem convertenda est oratio.

CAPUT XLIV.

De Judaici anni Periodis, ac Tekupha.

CUM de initio Judaici anni quaeritur, de singulo- rum annorum cardine agitur, vel de epocha, sive anno primo, a quo ceteri deinceps ad hoc tempus propa- gati sunt. Utrumque complectar hoc capite, ac de posteriore primo loco differam.

Hebraei vulgo numerant ab initio mundi ad Christum natum annos 3760. & menses quatuor: ita ut Christus natus sit inchoato jam 3761. Quare annus primus com- puti Judaici incipit anno Periodi Julianae 953. & ad metho- dum Judaicis annis addenda sunt 952. Quoniam verò pacto annorum istorum intervalla digerant ex Seder Holam, aliisque Judaorum commentariis discēs. Fru- stra est igitur Scaliger, qui certum illum annorum num- merum ad lunaris mensis, vel Tekuphae methodum excogitasse Judaeos asseverat anno Christi cccxliv, quod proximè refutatum à nobis est. Id enim conficium est, nec ei conjecturae vel ratio ulla vel auctoritas suffragatur. At quoniam anno methodo illa, recentiorque computo uti coperint, nihil certi definiti potest. Nos in Epiphania- nis Animadversionibus, & hoc ipso lib. cap. de anno Alexandro Judaico, veteres Judaeos ostendimus luna- rem quidem annum adhibuisse, sed incertum esse, quem potissimum annorum orbem usurparint. ac si magistro- rum decretis inhærere velimus, ad annum fere Christi quingentesimum Neomeniae 3760. & 3761. in Palaestina constituta sunt, atque ex veris motibus definita. Vide quae pagina 151 animadversionum nostrarum docuimus. Favet huic nostrae sententiae Christmannus, qui de com- puto Hebraeorum agens pag. 253. scribit circa annum Domini cccxliv, quo obdignarunt Thalmud Hierosoly- mitanum, & circa annum dv, quo obdignarunt Babylo- nicum, genus istud invexisse computi. Post illud tem- pus deinceps recentiore istum computum descriperunt. Ego verò de hujus origine, ac primordio vehementer dubito. Neque enim Hebraeorum, qui ante quadrin- gentos, vel quingentos annos scriperunt, monumentis, ac testimonio ulla est adhibenda fides, qui rebus ple- rumque suis majorem veritatem tribuunt, quam nos certissimis ex Historiis deprehendere possimus. Quare sit illud incertum, quo tempore novitius iste Judaorum annus apud ipsos obtinuerit.

Duplex anni Judaici caput.

* Illud extra controversiam est, anni duplex ab illis caput constituit. nam civilem annum à Tisri, Ecclesiasti- cum à Nisan auspiciantur; quo cum mensium Neomenias ex cycli decemovennalis methodo statuant. Ac primis quidem temporibus, veluti sub Seleucidis, ac deinceps Christi saeculo; tum Philonis & Josephi, quartadecima Nisan canon erat anni. Neque enim, quoad liceret, ante Tekupham vernam, sive ingressum Solis in Aric- tem indici consueverat. Quod partim in animadversioni- bus nostris, partim in superiori disputatione monstra- vimus. Verum paullatim ex vitiose cycli labe, Neome- nia Nisan epocham anteverrens eò rem deduxit, ut ante Aequinoctium ab illis Pascha celebraretur. Jam in ho- dierno, ac recentiore computo quis ejusmodi sit anni cardo, non facile est discernere. Ac vulgò istud qui- dem traditur, Novilunium illud, quod aequinoctio Au- tumnali, sive ante, sive post ipsum, propinquius est, caput anni esse lunaris. Docet hoc Munsterus pag. 170. Kalendarii Judaici, additque quoniam, quo scribebat tempore, aequinoctii sedes, sive introitus Solis in libram, circa xiv. Septembris accidebat, ideò terminos extremos anni communis esse v. diem Sept. & xx. Embolismi verò terminos esse xxv. diem Augusti, & v. Sept. Quoties deinde Neomenia Tisri praecedat aequinoctium plus quam decem diebus, annum illum esse Embolimam. Verum si Tekupha in ipso Aequinoctii cardine defigitur, cum Aequinoctii puncta in eo anno Juliano sedem mutant, & in anteriora promoveantur, eadem proportione Tekupha antevertet, ac jam immobilis non erit; tametsi Samuëlis Tekupha nihil aliud sit, quam quadrans anni Juliani, sive terminus quadrantis utriusque communis, à quo Novilunia paullatim recedunt. Etenim si quo an-

no computus iste recens institutus est, Tekupha in xxiv. Sept. collocabitur, quomodo ad ejusdem mensis xiv. diem pervenire potuit, nisi aequinoctii, & anticipatio Tekuphae illi tribuitur? Quae quidem major etiam in Samuëlis methodo contingit, quam in anno Rabbi Ad- da. Nam in isto, Tekupha praefectio eadem est cum lunari Aequinoctio. Cum enim annus R. Addae nihil aliud sit quam annus Julianus, nonadecima parte horae unius & scrupulorum 485. mutilatus, sive nonadecima pars cycli lunaris Judaici, necesse est singulis vententibus cy- clis, aequinoctia, solstitiaque eadem cum lunaribus Neomeniis anticipationem habere. at priori illa ratione, Tekupharum praefectio ex Alphonsina anni forma conti- gerit; quod in R. Samuëlis Tekupha, & hodierni Ka- lendarii methodo profus est inauditum. Quamobrem si conjectura locus est, arbitror primos illos hodierni cycli conditores solarem annum Julianum pro vero, ac proprio complexos esse. Quod & R. Mose cap. ix. Tract. Kiddusch §. 1. disertis verbis asseverat: nempe nonnul- los annum solarem dierum constituisse, 365; alios mino- rem fecisse. Unde illi Tekupham Autumnalem vel in eo die statuerant, in quo libram aetate sua sol ingrediebatur; vel in quo Julii Caesaris aeo civilis aequinoctii cardo defixus fuerat; qui est Septem. xxiv. Quod cum aliquan- diu à posterioribus observatum esset, iidem post aliquot saecula, deprehensa aequinoctiorum antecessione, Neome- niarum quoque terminos immutarunt. Hoc verò fieri ab illis aliter non potuit, quam ut annum quempiam Cycli communem ex Embolismo facerent; hoc est Adar in Nisan converterent. Atque hoc posterius necessario dicendum erit, si verum est, quod Munsterus prodidit, Tekupham Judaorum verum esse cardinem Aequinoctii. Glosa cap. v. tract. Kidd. §. 2. diversas anni quantitates ex Astrologorum opinione declarat. Nam praeterea eos, qui dies imputant 365; sunt, inquit, qui majorem faci- unt, nimirum 365; $\frac{1}{2}$. Alii minorem constituunt, veluti Ptolemaeus 365; minus $\frac{1}{4}$ diei solidi, ut sit 365; $\frac{3}{4}$, 993; unius scrupuli. Albategnius verò annum statuit 365; $\frac{5}{8}$, 816. ita ut definit 364. scrupula. Si igitur Magi- stri modum anni R. Addae, vel alterum certè quem- piam Juliano majorem amplexi sint, ac Tekuphas qua- tuor anni cardinibus accommodare voluerint in recentiore Judaici computi forma, eosdem oportuit post to- tidem annos, quot ad unius diei aequinoctii desideraren- tur, Tekuphas promovisse: quod & factum Ilacius Ar- gyris indicat, dum xiv. Judaicas biduo retroactas ait cap. v. & hodiernus Judaorum usus in celebrando Pa- schate demonstrat. Ac tum fortasse inter R. Addae, & R. Samuëlis Tekuphas illud nihilominus interfuit, quod illius Tekupha quotannis sedem mutarent: hoc est licet eodem die annis fere cccv. consisteret, tamen singulis annis tantumdem ab Julianis terminis in horis ac scrupulis recederent, quantus est excessus anni Juliani, quo annum R. Addae superat. At in R. Samuëlis methodo, si e. c. Tekupha hoc anno in xxiv. Sept. incidat hora ix nocturna, nòque tropici anni quantitatem eandem cum R. Adda statuere velimus, toto illo cccv. annorum spa- tio immobilis, ac fixa permanebit, nec aliter, quam ex quadrantis, sive in horis Julianae varietate, nunc hora nona, tertiave noctis; nunc diei totidem horis confectus incidet. Post cccv. circiter annos à xxiv. die, ad xxxi. ascendet, atque ita deinceps. Quod vel singulis illis aequinoctiis lunaris cyclis evolutis fieri poterit: vel pluri- bus interjectis, post bidui, vel tridui, pluriumve die- rum excessum collectum, animus ad emendationem ad- jicietur, ac Tekupha cum Aequinoctialibus terminis in concordiam reducentur. Eadem methodus erit, si Al- phonsinum vel alterum quempiam anni modum constituamus. Tum enim confectis tot annis, quot unius diei antecessione colligit, aut pluribus etiam absolutis, identidem Tekupha ad aequinoctiorum, ac solstitiorum epochas revocari poterunt. Hae, uti dixi, necessario praestanda fuerunt, si, quod Munsterus affirmat, Judaei Tekuphas circa annum Christi 1520. cum aequinoctiis, solstitiisque conciliatas in usum adhibebant. Quod & Judaorum hodierna, uti dictum est, Paschatis celebra- di ratio, ita ordinatum esse demonstrat. Verum illud potius suspicor, in hoc recentiore Judaorum computo solas Neomenias antevertere, & à Tekuphis, quae in Juliano

* Rabbi Selomo ad Gen. VIII, 3. ait primum mensem R. Eliezero esse Tisri, Rabbi Jehosue esse Nisan. D. Petavius.

Julianis diebus hèreant, retrocedere. quod ex ipsa Tekupharum investigandarum methodo potest intelligi; in qua solum illud praescribitur, ut ad molad, sive Neome- niam Tisri cyclorum, atque annorum adjunctis ex- cessibus, postea dies 12, 20, 204. deducantur. Ita enim Tekupha circa xxiv. Septemb. iidem perpetuo terminis consistet, nec unquam ad xiv. Septemb. pervenit. Cur autem dies ille Septemb. xxiv. ad sedem Tekuphae dele- tus fuerit; causa nulla esse potest alia, quam quod prin- cipi computi illius auctores cum annum solarem praefice- rint, 365; crederent, aequinoctium autumnale xxiv. Septemb. committi sibi persuaserant, idque est à poste- rioribus retentum; vel ut veram tropici anni quantita- tem non ignorarent, civilem hanc anni rationem, ac Tekupham utiliorem esse crederent.

Ex quibus omnibus, ut & ex iis, quae de anno Rabbi Addae postea disputabuntur, concludi potest, Tekuphas Judaorum nullas hoc tempore aequinoctiorum, vel sol- stitiorum respondere cardinibus; sed nihil aliud esse, quam quadrantes anni solaris, sive Juliani, sive R. Ad- dae. Etenim duplex apud Judaeos celebratur annus, to- tidemque Tekupharum genera. Alius annus est Julianus dierum 365; qui quadrifariam dividitur, & singulo- rum quadrantum puncta, et ipsi quadrantes, etiam Tekuphae nominantur. Alius est annus R. Addae, qui Juliano minor est decima nona parte excessus cyclici, qui perinde in quadrantes quatuor tribuitur. Atqui neuter est Tropicus. Nam Alphonsinus modus, qui omnium praestantissimus habetur, utroque longè minor est; in quo Tekupharum, sive cardinum antecessio an- norum cccxv. fere spatio diem unum colligit: cum in anno Juliano nulla sit aequinoctii, in anno R. Addae post cccv. eoque amplius. Quamobrem aequinoctiorum sol- stitiorumque cardines Tropici ab utriusque anni Judaici Tekuphis paullatim recedunt. Quippe Nicæno tem- pore vernum aequinoctium xxi. Martii committebatur: à quo ad annum Gregorianae castigationis, nempe 1583. anni fluxerunt 1257. quo intervallo decem fere dierum anticipatio collecta est: ex quo Alphonsinus anni modus maxime omnium idoneus est visus. At in anno R. Addae non amplius quatuor dierum anticipatio constata est. Unde Tekupha R. Addae quadratiduo dumtaxat; Tekupha Tropica decem ferme diebus in anteriora promotæ sunt; Juliana verò fixa, atque immobilis haerent. Quare quod vulgò dicitur, Tekupham, exempli causa, ver- nam punctum illud esse, quo Sol Arictem ingreditur, autumnalem item, quo Libram subit, hodie verum non est; sed eo solum tempore fuit, quo primum institutus est Judaorum computus. Quamquam illi fortasse, cum accuratum solaris anni modum alterutrum esse credant, veras itidem habere sese Tekuphas arbitrentur.

CAPUT XLV.

De Tekupha R. Samuëlis, quae est recentioris Judaici com- puti propria, ejusque methodo.

TEKUPHA nihil aliud est quam conversio, sive car- do anni quadruplex. Ea porrò duobus modis usur- patur. Nam aut punctum ipsum temporis significat, quo Sol quadrante uno percursus, alterum ingreditur, vel totum ipsum quadrantem, sive quartam anni partem. Est autem celebris apud Judaeos, uti diximus, duplex anni differentia; ex qua duplex itidem Tekupha consti- git. Nam aut R. Addae annum usurpant, qui est dierum 365; $\frac{5}{8}$, 997; sive 365; $\frac{5}{8}$, 25', 25'', 20''', quibus quadrifariam divisus totidem Tekuphas habebimus. De quo genere lib. iv. cum Scaligero disputabimus. Aut R. Samuëlis annum tenent, qui merus est Julianus die- rum 365; hor. 6. praecise. Quibus quatuor in partes di- visis, singula Tekuphae colligunt dies 91, horas 7, 30'. Hujusmodi Tekuphas in hodierno, vulgarique computo Judaei potissimum adsciscunt; quarum investigandarum methodus ista praescribitur. Jubent anno quovis propo- sito, numerare cyclos omnes, qui ab orbe condito ad illum annum absoluti sunt, ac pro singulis cyclis singu- las horas cum scrupulis 485 colligere. Tum Molad, si- ve characterem Tisri ex tabulis indagare; ad eum col- lectum cyclorum omnium excessum adungere. Quòd si ultra cyclos absolutos anni aliquot excurrerint, epactas annorum praeteritorum usque ad eum, qui quaeritur, ad

cyclorum excessum addere. Postremò ex collecta om- nium summa deducere dies 12, 20, 204. Hujus per- petuae methodi, ac dierum subductionis falsam rationem commentus est Scaliger, nimirum dierum xlii. ante- cessionem cyclis cccvi. hoc est ad annum usque Christi cccxlv. constaram, qui de xxxvii. diebus, quot à Ka- lend. Septemb. ad Octob. vii. intercedunt, eximendi sunt; ita tamen ut ad Tekupham Constantinianam ob- tinendam aliquot horae detrahantur. Quae nos omnia paullo antea vana, & inania esse demonstravimus. Apparet autem ex eo, quòd cyclorum & annorum excessus ad characterem Tisri jubent ad inveniendam Tekupham adungere, Tekupham ipsam immobilem esse, & Sa- muëlis propriam; à qua novilunia cyclis evolutis singu- lis aliquanto intervallo recedant; quòd intervallum ad illa cum accesserit, pristina Tekupha sedes habebitur, postquam dies illi 12, 20, 204, praeterea deducti fue- rint. Quorum subducendorum ratio ex Hebraeorum mo- nimentis petita paucis hoc loco declarabitur.

Judaei, qui Computum illum usurpant, anno primo Teku- conditi orbis lunam existimant cum Sole conditam in pha Ju- ipso Tekuphae Autumnalis cardine, nempe feria iv. ho- daicae re- cio. ris xv. ab initio noctis, quae feriam III. secuta est, hoc est hora nona matutina, ac tum pari cum Sole fulgore praeditum fuisse. cum autem obtrectari ausa esset, & uni- cum mundo sidus satis esse dixisset, ejusmodi temerita- tis à Deo poenam inflictam, ut biduo fere delitesceret. Ita in feriam sextam, horam ab initio noctis decimam quartam est dilata, quae est octava matutina. Uno igitur die horis xlii. suppressa est Luna, quòd novum Lunae, ac lunaris mensis initium primum annum lunarem auspiciatur, & est anni solaris initio, Tekuphae tan- dius die 1, horis 23. Ex quo fit ut annum mundi primum iste solaris, cum in eandem Tekupham desinat, à qua profectus est, annum primum lunarem non iusto, ac legi- timo superet excessu, qui est dierum 10, 21, 204. sed diebus dumtaxat 8, 22, 204. Detrahendus est enim dies unus, cum horis 23, quo spatio infra Tekupham Luna consistit. Quae res ex Juliano mensis comparatione ma- nifestior erit. Fingamus creatum esse cum Luna Solem Sept. xxiv. feria iv. horis xv. à vespera diei xlii. ab- soluti, anno Periodi Julianae 954. cyclo Solis II. littera E, ac dilatam esse lunam in Sept. xxvi. fer. vi. ad ho- ram octavam matutinam; sive post mediam noctem: annus quidem solaris Julianus in diem xxiv. desinet, horam à meridie tertiam (quoniam sex horis Tekupha in anno Aegyptiaco descendit, cujusmodi annus in Ka- lendario notatur) lunaris verò desinet in Sept. xiv. hor. 22. 87'. ab initio noctis, quod erit Tisri primordium, anno Periodi Julianae 955. Distat autem terminus iste lunaris ab initio solaris anni, quod est Sept. xxv. hor. 21. ab initio noctis, diebus 8, 22, 204. Ordinarius igitur excessus anni solaris mutilatus est uno die horis 23. Totidem enim, ut dixi, solaris annum lunarem antecessit. Quare dies ille cum horis 23. ad annum primum mini- mè pertinet, qui non nisi feria vi. cum Tisri cepit (lu- nares enim annos adhibent Judaei) ideòque residuum erit anni ficti, & proleptici, cujus Tisri commentitium Octobris vii. in ille fingitur. Est autem haec Magistro- rum regula יום אחד בשנה וששה ימים אחדים in anno pro anno computatur. Quo ex decreto consequens est, ut pro horis illis xlii. annus integer usurpetur. Ea res Judaeos movit ut annum primum computi sui non anno primo mundi statuerent, nempe Periodi Julianae 954 sed in anteriori 953. (quemadmodum Christiani cyclum Paschalem uno anno ante Christianam aram auspican- tur.) Novilunium porrò confecti illius anni vocant no- vilunium Tohu, id est, confusiois, sive nihil; quod tunc Luna nondum esset à Deo condita. Acciditque novilunium illud feria II. hor. 5. 204. ab initio noctis. Quòd si novilunium primum Tisri constitutum in Sep. xxvi. hora xiv. ab initio noctis, Novilunium Tohu contigerit Oct. vii. 5. 204. ab initio perinde noctis. Debet enim Novilunium antecessens infra posterius con- sistere diebus 10. 15. 204. in anno Aegyptiaco, sive sim- plici, qualis in Kalendaris exprimitur, sine appendi- cibus horariis. Ab hoc novilunio, velut à carceribus, Judaicus computus excurrat. Indeque est quòd perpe- tua methodo ad cyclorum, annorumque characteres, Tisri illius characterem apponunt, hoc est, 2, 5, 204. quemadmodum ad Epactas, Christi radix à nobis ad- jungitur. Ceterum uti fictum ac prolepticum Tisri no- vilunium

vilunium ad Tifri Neomenias investigandas assumitur; ita etiam ad Tekupharum sequentium methodum Tekupha Tohu, quæ novilunium illud fictum præcessit, accommodatur. Atqui si Tekupha anno primo conditi mundi in horam xv. post initium noctis diei xxiv. contigit; anno superiore, qui Tohu dicitur, sex horis citius incurrit. Accidit igitur Septemb. xxiv. hora ix. nocturna; à qua diebus 12, 20, 204. aberat novilunium Tohu, quod eodem anno in Octobris 7, 5, 204. incidit. Quod igitur novilunium Tohu infra Tekupham diebus 12, 20, 204. commissum est, idemque novilunium radix est computi, ac ratiocinii lunaris; ideo cum ad Neomenias indagandas cyclorum excessus cum annorum Epactis colligantur, & ad inventendam Tekupham summa ex illis confecta ad Tifri characterem adjungatur, deduci necesse est è summa dies 12, 20, 204. quandoquidem novilunia omnia ab feria 2, 5, 204, sive ab Octobris 7, 5, 204. anni Periodi Julianæ 953, velut ab radice, & origine deducuntur, quæ infra Tekupham totidem illis diebus, horisque consisterat. Exempli causâ sit illud: Anno secundo computi, qui primus est mundi, Per. Jul. 954. novilunium Tifri contigit Septemb. 26, 14, 0, volo invenire Tekupham. addo Epactis unius anni, 10, 21, 204, sunt ergo 37, 11, 204. Detrahitur 12, 20, 204, restant 24, 15, 0, quæ est anni secundi Tekupha. Sic anno vicefimo ineunte computi Judaici, novilunium Tifri characterem habet 4, 21, 799, Octobris 7, 21, 799. Adde excessum unius cycli jam clapsi 1, 485, fiet character 4, 23, 204, sive à Kalend. Septemb. dies 37, 23, 204. De quibus subductis diebus 12, 20, 204, relinquuntur 24, 3, 0, quæ est Tekupha anni vicefimi computi. Est hic annus Periodi Julianæ 972, qui proxime bissextilem Julianum antecedit. Ideo novilunium Tifri, est vertente cyclo ad eundem Julianum diem reverti debet, tamen horis 18. in anno simplicis, qualis, uti dictum est, in Calendario describitur, descendit, quia anno proximo ante bissextilem totidem redundant horæ, quibus in Calendario novilunia pessum eunt, donec interventu bissexti restituantur. Etenim si à novilunio anni illius vicefimi, hoc est à diebus absolutis 36. horis 21, 799. à Kalend. Septemb. auferas novilunium Tohu, sive 36, 5, 204, restant horæ 16, 595. fient horæ 18, quanto spatio novilunium, quod in idem punctum reverfurum erat in anno Juliano, in Aegyptiaco & simplici proximo ante bissextilem anno pessum labitur; nisi quod cycli unius antecessio deducitur, quæ efficit ut octodecim horæ illæ colligi nequeant.

Observandum est autem, quod & Scaliger admonuit, Tekupham Tifri Samuëliam solidis horis præcisè definire, nec ulla fragmenta recipere, ac per ix. & III. horas diurnas, nocturnasque decurrere. Nam anno proximo ante bissextilem Julianum incidit in horam ix. post initium noctis, sive diurnam tertiam. Anno post bissextilem proximo, hora xxi. ab ineunte nocte, hoc est tertia pomeridiana. Anno tertio post bissextilem hora tertia nocturna, quod in sequenti diagrammate proponemus.

Dies Tekuphae anno Juliano ab initio computi.	Horæ ab initio noctis.
xxiv Sept.	ix
B xxi ii	xv
xxii ii	xxi
xxiv	iii
xxiv	ix
B xxi ii	xv

Quamobrem vana est Scaligeriana ista methodus, qui pag. 121. ad inventiendas horas novem Tekuphae nocturnas in anno, quo cyclus emendatus est, videlicet Christi cccxlv. Judaico 4109, præter dies xxiv. Septemb. relinquendas censet horas 4, 876, idque ut fieri possit, diebus 36, horis 25. demendos præscribit dies 12, 20, 204, ut relinquuntur de diebus Septemb. dies 24, 4876, quæ cum horis, & scrupulis Neomeniæ anni 4104, nempe cum 4, 204, componant horas ix. Tekuphae, quam ille causam excogitavit, cur perpetua methodo deducerentur dies 12, 20, 204. Hæc enim ratio temere conficta, & inutilis est. Judæi verò longè aliam reddunt; quam hæcenus exposuimus. Quæ videlicet Lunam à Deo horis xlvii. suppressam, & à feria quar-

ta in sextam dilatam asserunt, possunt in veritatis gyrum hoc modo commenta ista redigi. Quoniam enim feria quarta certum est Solem & Lunam à Deo esse producta; non inde tamen novilunium primum deduci potest, quia nondum editus in lucem primus homo fuerat; cum igitur primus mensis, ejusque Neomenia humano decreto sancienda, definiendaque sint, homo verò feria sexta dumtaxat sit in lucem editus, Neomenia prima feriâ sextâ cepit. Ea porrò anno primo Judaici computi, hoc est Periodi Julianæ 954, contigit in meridiano Hierosolymitano hora xiv. post vesperam diei xxv, Septemb. exacti. In tabulis nostris reperio novilunium anno illo, Septemb. xxv. feria 6, hor. 8, 31', 20'', hoc est, horis viii, 31', 20''. Hierosolymis autem, additis hor. 1, 37', incidit hora 10, 8', 20''. post mediam noctem: nihilominus primum Tifri ex Judæorum calculo contigit Septemb. 26, 14, 0. Verum quod annus solaris à Tekupha exorsus horis antea xlvii. incidisset, ideo pro excessu illo solaris anni solidum annum imputarunt, & veram conditi orbis epocham uno anno prævenierunt. Stauerunt itaque radicem noviluniorum omnium in anno Periodi Juliani 953; quæ ex ratiociniis lunaribus convenit Octobris viii, horis 5, 204, qui terminus infra Tekupham fictam, sive Tohu, diebus 12, 20, 204. constitit. Quam ob causam perpetua methodo dies illos eximunt. Ac tametsi anno Periodi Julianæ 954, qui primus est secundum Judæos orbis conditi, æquinoctium non in Sept. xxiv, sed in Octob. incurrit, ac diem ferè xxvii. ex Alphonfina ratione, nihilominus qui hodiernum Judæorum computum instituerunt, sive Julianum anni modum verum & accuratum esse crederent, sive ad temporum ratiocinia expeditorem, utiliorumque putarent; Tekupham in eo die defixerunt, cui circa tempus illud congruebat, quo cyclus est conditus. Quamquam Judæi in describendis mensibus, ac Tekuphis, nullam Julianorum mensium rationem habent, sed lunarium, & suorum. Dicunt enim Tekupham Tifri in hunc vel illum Tifri diem incurrit. Itaque xxvii. Elul Solem & Lunam creata fuisse dicunt, anno primo mundi, hoc est Septemb. xxiv. quoniam Neomenia Tifri non nisi xxvi. die contigit. Ita Glossa cap. ix. Kidd. Hachodesch.

Sed eorum, qui R. Samuëlis annum retinent, duplex est factio. Nam alii ab autumnali Tekupha primordium anni capiunt, eoque tempore conditum fuisse mundum arbitrantur: alii à verna Tekupha. Utrique Tekupham in feria quarta ineunte collocant, sed priores hora xv. post initium feriae; posteriores ineunte ipsa feria. Etenim qui à verna Tekupha annum inchoant, sex mensibus aliorum verum, non fictum initium antevenerunt. Primum Judaici computi novilunium, quo mundus re ipsa, ex Judæorum opinione, creatus est, convenit cyclo Lunæ iv. anno Periodi Julianæ 954, quo Tekupha contigit feria iv, 15, 0. Fingamus incidisse in Sept. xxiv, 15, 0, novilunium Tohu, à quo computum incipiunt, anno superiore cepit feria 2, 5, 204, Octobris 7, 5, 204, Tekupha verò Sept. 24, 9, 0. Nisan porrò, qui septimus est mensis à novilunio Tohu, incidit in feriam 4, 9, 642, Aprilis secundo. Tekupha verò feria 4, 0, 0, Martii xxiv: quod hac ratione cognoscet. Dimidia pars anni Juliani, sive R. Samuëlis, est dierum cxxxii, hor. 15, 0. Cum igitur Tekupha prima vera incidat in diem Sept. xxiv. horam xv. post exactum vicefimum tertium diem, qui sunt dies cclxxvi, hor. xv. post. Kalend. Januariæ, anno Periodi Jul. 954, cyclo Solis 2, littera E. (unde feria 4 ineunte Tekupha contigit) si de 266, 15. detrahas 182, 15, restabunt dies 84, 0. Itaque die xxvi ineunte, sive in ipso puncto noctis, quæ secuta est diem xxv. Martii Tekupha Nisan commissa est, feria quarta ineunte. Quæ quidem Molad Nisan, sive Neomeniam antecessit diebus viii, horis 9, 642. Nam novilunium Tohu contigit Octob. viii, feria 2, 5, 204, anno Per. Jul. 953, qui sunt dies à Kalend. Januarii 279, 5, 204. His si sex menses lunares addideris, sive dies 177, 4, 438, conficiet dies 456, 9, 642. Detrahitur diebus 365, reliqui sunt dies 91, 9, 642, qui desinunt in Aprilis secundum feria 4, 9, 642, qui est character primi Nisan ex illorum decreto, qui à vere annum R. Samuëlis incipiunt. Ex quo sequitur Tekupham primam vernam priorem fuisse novilunio diebus 7, 9, 642, quot scilicet à Martii xxv. exactio, sive ineunte xxvi. ad Aprilis II, 9, 642, interjecti sunt. quod alio modo Judæi colligunt.

colligunt. Quoniam enim novilunium Tohu tardiùs contigit Tekuphâ Tohu diebus 12, 20, 204, excessus porrò lunaris supra dimidium annum lunarem simplicem, est dierum 5, 10, 642, tanto spatio Luna post vii. menses anteverit. si igitur de diebus 12, 20, 204. deduxeris dies 5, 10, 642, reliqui erunt dies 7, 9, 642.

Hæc nos ex cap. ix. Tract. Kiddusch, Hachodesch I. Partis Iad. R. Mose didicimus; tum ex Glossa capitis ejusdem: quæ & illud inquiri, cum Tekupha verna in xxvii. Adar incidit, cur non inde Tekupha deducatur, sed à Nisan. Respondet eam esse causam, quod observanda Tekupha, ac Neomeniæ præceptum non nisi post annum 2448. à creatione est editum: quo intervallo Neomenia Nisan ad Tekupham pervenit. Nam post singulos cyclos anticipatio Neomeniarum est horæ 1, 485. Porrò ab eo tempore Tekupha infra Neomeniam Nisan descendit diebus ferè viii, & paulatim ad Iar delabitur. Equidem sic existimo: primos computi istius auctores anni caput in verna Tekupha collocasse. quod ex eo conjicio, quoniam cum Sol feria quarta creatus sit, credibile est illos Tekupham, cardinemque civilis anni in ipso diei initio constituisse, hoc est, ineunte nocte potiùs, quam hora xv. post civilis diei exordium. Atqui Tekupha verna incidit in ipsum noctis initium. Ab ea igitur annum inchoasse videntur. Certè in cap. ix. Tract. Kidd. Hachod. R. Mose à Tekupha verna sumit initium, & illius investiganda methodum exponit eadem ratione, quam nos supra de Tekupha autumnali præscripsimus. Ut enim illic ex aggregato cyclicorum excessuum, & Epactarum ad Molad adjunctorum, dies 12, 20, 204. ex methodo perpetua detrahendi sunt; ita in Tekupha Nisan eodem aggregato dies 7, 9, 642, eximendi, ut Tekupham habeamus. Est enim par utrobique methodus. Nihilominus alii postea reperti sunt, qui anni primordium in autumno constituerent, ideoque Tekupharum rationem hinc anni parti potiùs alligarent. Quamquam ita ferunt, Judæos Neomeniarum ratiocinia ab autumno, Tekupharum à verno tempore putare, quod posterior de Tekuphis non ab omnibus usurpatur. Sunt enim, ut vidimus, factiones duæ.

Munsterus in computo, quem Hebraicè ipse scripsit, refert auctores duarum illarum sectarum fuisse R. Eliezer, qui mundum creatum dixerit xxv. die mensis Elul feria prima, Solem verò productum xxvii. die; & R. Josue, qui conditum mundi collocavit in xxv. Adar, & in xxviii. die luminaria fixa crediderit initio noctis quartæ, ubi & Tekupha constituta. Verum Glossa cap. x. Kiddusch docet R. Josue eandem opinionem cum R. Adda secutum; ita ut Tekupham vernam paulò ante initium Molad Nisan posuerit, nempe ineunte nocte feriae 4, ante Molad horis 9, 642. Sed hæc levia.

Illud verò diligenter animadvertendum est, Judæos uno anno plus ab orbis initio putare, quam revera intercessisse credant: siquidem illorum computus à Neomenia Tohu incipit, & anno solido mundi epocham anteverit. Unde cum ab orbis initio ad Christum numerent annos absolutos 3760, non nisi 3759. re ipsa fluxisse statuunt.

Ex iis omnibus manifestum est, quantum sibi divinationibus illis suis permiserit Scaliger; quamque fictæ, & commentitiæ sint causæ illæ Judaicæ methodi, ut puti detractionis dierum 12. 20. 204. ac reliqua id genus, quorum certas rationes ex auctorum ipsis fontibus aperuimus.

CAPUT XLVI.

Refelluntur ea quæ de anno Judaico novissimè Scaliger in Isag. Can. disserit.

Quæ in postrema lucubratione, hoc est Isag. Canon. de Judaico anno & computo disputavit Scaliger, non solum, uti priora illa, vana sunt & commentitia, verum etiam iis omnibus, quæ in toto hoc opere de Emend. Temp. sparsim tradiderat, penitus adverterantur. de quo pauca quadam in Epiphaniæ Animad. attigimus: hoc verò loco uberiùs explicanda sunt.

Principiò lunarem annum Judaicum ad annum usque

Christi cccxlv. ex Calippi modo ac præscripto retentum esse docuit hoc in cap. lib. II. de emend. ideoque biduo Neomenias anticipatas esse dixit, ut cum Tifri anno illo cccxlv. secundum accuratos fideris *ἡμεραι* in Septemb. xxiv. incidere; ex populari tamen, hoc est Calippica anni forma, ejusdem mensis xxvi. diei tributus fuerit. Quare ante annum illum Christi nondum *Judæi rationem Calippicam de sede sua sollicitaverant*, ait Scaliger, sed eam adhuc involvunt servabant. Atqui in Canonibus Isagogicis novam, & contrariam sententiam tradidit; Hipparcheum, hoc est accuratum, & cujusmodi hodie receptus est, lunarem mensem, templo adhuc stante, in usum à Judæis admistum. Si templo adhuc stante Hipparcheus mensis obtinuit: non igitur id anno Christi cccxlv. primitus institutum est, neque biduo Neomenia processit, ut à xxvi. Septemb. ad xxv. transferenda fuerit. Ac sunt eadem de re diversa Scaligeri, penitusque contrariæ sententiæ tres. Quarum prima lib. II. de emend. docetur; quo Christi *Triplex* sit cccxlv. Calippicam lunaris anni formam Judæos excludisse, & Hipparcheam obtinuisse; secundum quam *ἡμεραι* in uno cyclo decemnovennali unius est horæ crepans cum scrupulis 485. Nam lunaris anni modus, quo opinio. utuntur hodie Judæi, Hipparcheus à Scaligerio definitur. Hunc igitur ad civilem anni formam adscitum statuit lib. II, cum hæcenus Calippicam formam adoptasset.

Alterum Scaligeri decretum est, R. Adda Hipparchei anni recipiendi, atque excludendæ Calippicæ formæ Judæis auctorem fuisse. Scribit enim libro v. de Emend. pag. 339, quod & lib. iv. pag. 261. docuerat; Judæos ad tempora Diocletiani plus minus Calippica Periodo usos esse. Sed cum Calippica Neomenia biduo veras Neomenias morarentur, Synedrion, inquit, Tiberiadense, convocatis peritis *Astronomia magistris*, inter quos, ut existimo, R. Adda fuit, usu Calippica Periodi cum computo annorum Alexandri simul abrogato, novam anni rationem instituit, ut Neomenia non per Periodos, sed per ipsum motum medium Lunæ putarentur. Cum igitur diem, ubi erat locus diei intercalandi; hoc est vii. Octobris putarent fuisse primam diem, in qua mundus conditus; hinc computum suum inire decreverunt. Ex qua die aquinoctii, & ideo Tekupha autumnalis erat in xxiv. Sept. considerarunt, in quot annis Tifri à centro Macedonico, id est, à vii. Octob. ad xxiv. Sept. in anteriora progressus fecerit: quod non potuerunt deprehendere sine doctrina R. Adda. Igitur à vii. Octobris ad xxiv. Septembris dies sunt xiiii. præcisè, quibus computus anni 4104. ex doctrina R. Adda. Totidem enim anni dant *ἡμεραι* *ἡμεραι* *ἡμεραι* dies xiiii, horam 1. Hæc Scaliger; quæ nos totidem verbis exscripsimus, ut hominis in seipsum toties incurrentis, ac contrariæ, & pugnantiæ docentis ælus manifestius appareat. Nam in hoc posteriori loco quæ in libro II. constituerat evertit omnia. Docet enim, novam & hodiernam Judaici computi rationem, quam repertam affirmaverat circa annum cccxlv, & à R. Hillele profectam, uti perspicuè & copiosè lib. III. Isag. Canon. explicat cap. v. & vi, præsertim pag. 215, hanc, inquam, formam à R. Adda, & Tiberiadensi consensu docet circa Diocletiani tempora constitutam. Tum verò, quod absurdus est, eandem methodum illis affigit, quam R. Hillele falso tribuerat, nempe tot cyclis clapsis, quot ad dierum xiiii, horæ unius *ἡμεραι* requirebantur, Neomeniam Tifri ad xxiv. Sept. ab Octobris septimo perductam. Ideoque anno 4104. idipsum institutum, post cccxi. cyclos. Verum si, quo tempore Judæorum recens computus fabricatus est, dierum xiiii, horæ unius *ἡμεραι* constata jam erat; non utique Diocletiani tempore id ab R. Adda proficisci potuit. Quippe Diocletiano imperante, cycli dumtaxat cccxii. conseci jam erant, anno videlicet Christi cccxxxvii; quibus *ἡμεραι* debetur dierum 12, 20, 705. Nam si anno cccxlv. Christi *ἡμεραι* est dierum 13, 1, 0, detracta cyclorum trium *ἡμεραι*, horis 4, 375, remanent 12, 20, 705. Vide insignem hominis olicitantiam, qui tanto ante Diocletiani tempore factum esse defendit, quod diu postea contigisse cum alibi confirmat, tum est per sese manifestum.

Tertia Scaligeri eadem de re sententia, ac superioribus repugnans libro III. Isag. Canon. exponitur pag. 215. ibi templo adhuc stante mensem merè lunarem Hipparchei

Hipparcheum à Judæis receptum fuisse scribit: ac postmodum everfo templo R. Samuele...

Totidem igitur Scaligeriana sunt εναντιολογία: ut eandem Hipparcheam anni formam dicat primum...

CAPUT XLVII.

De falsa, & commentitia annorum R. Samuelis, & R. Addæ conciliatione ab Hillele facta.

POSTQUAM R. Samuel, inquit Scaliger, Juliana solaris anni forma Judæis oblata, Tekupham immo-

bilem statuit, autumnalem in xxiv. Septemb. vernam Martii xxv, à qua Neomenia lunares ex Hipparcheæ Periodi methodo paulatim recederent; R. Adda alteram anni formam introduxit, quæ minor esset Juliano modo; in qua Tekuphæ pari cum Neomeniis lunariibus...

Cum in tota hac Scaligeri doctrina multa sint conficta, & divinatione potius, quàm ratione ulla, vel auctoritate constituta, quæ ex superioribus deprehendi facile possunt; tum illud est ad stuporem incredibile, quod dicitur xiiii. horæ unius antecessionem efficerent. Cum in tota hac Scaligeri doctrina multa sint conficta, & divinatione potius, quàm ratione ulla, vel auctoritate constituta, quæ ex superioribus deprehendi facile possunt; tum illud est ad stuporem incredibile, quod dicitur xiiii. horæ unius antecessionem efficerent.

Tekuphæ consultum commentitia illa methodo Scaliger docet, quàm quod xiiii. dies & περιηριστος ostendit annorum 4104. intervallo constari, quos etiam ab Octobris vii. ad Septembres xxiv. numerari jussit.

Non magis intelligi, vel explicari potest, quomodo R. Addæ dicat eadẽ esse methodo satisfactum; quam enim rationem adfert, ea ad Neomeniam, non ad Tekupham spectat. Neomenia portò eadem in utraque anni forma statuitur, idem lunaris anni modus; eadem antecessio. Tekupha verò R. Addæ omnium prima convenit in feriam iv. ineuntem præcisè, horis 9. 642' ante Novilunium Nisan, hoc est, ut Scaliger existimat, Aprilis II, anno Periodi Julianæ 954. mensibus sex evolutis à Neomenia Tifri, quam Tohu Judæi nominant.

Postremò negamus veram esse causam illam, quam commentus est Scaliger, cur certum annorum numerum ab orb. condito deminuerit, ita ut annus natalis Christi 3761. numeretur. Nam totidem revera fluxisse ab rerum primordiis arbitrati sunt Judæi, quemadmodum supra demonstratum est.

Sed illud præterea parum consideratè scriptum videtur, R. Hillelem cum utramque factionem conciliare vellet, non prætractè, uti Samuel instituerat, in xxiv. Sept. Tekupham statuisse, sed veterem Mosis epocham retinuisse, & nihilominus Samuelis Tekupham non sustulisse. Verum cum Mosis sæculo Tekupha, sive æquinoctium Autumnale Octobris vi. convenerit, ac multis ante sæculis annus mundi primus, & epocha Judaici computi cæperit. (est enim annus Exodi, Judaicus 2264.) non potest ab illo tempore dierum xiiii. facta esse præcisio. Unde necesse est Hillelem, si in Octobris vii. Tekupham fuisse Mosis tempore tradiderit, ac de illa περιηριστος methodo cogitarit, primam Tekupham non in Octob. vii., adeoque in veterem Mosis epocha, Pars I.

sed in xiv. defixisse: aut si ab vii. Octobris Tekupham cæperit, nequaquam à veterem epocha Mosis exorsus est. Ad hac idem Scaliger Ifag. Canon. pag. 216. ex Heronorum fide docet R. Hillelem super Tekupham R. Addæ computum suum ordinasse. Atqui Tekupha prima R. Addæ autumnalis convenit Octob. 1; ut dictum est. Non igitur ab Octobris vii. iniiit, quem in diem neque Samuelis, neque R. Addæ Tekupha congruit.

CAPUT XLVIII.

Quæ in editione prima Operis de Emendatione Temporum de anno Judaico præcipue commissæ.

IN editione prima, præter ea peccata, quæ in secunda rursus, & in Ifag. Can. admiffa, & à nobis confutata sunt; peculiare id est vitium, quòd epocham Judaici computi uno anno tardius exhibet, quàm revera contigerit. Nam novilunium primum, quòd & Tohu dicitur in annum conjicit Julianæ Periodi 954, cyclo Solis I, Lunæ iv, ut disertè lib. v. pag. 200. sub finem asseverat: & in II. lib. pag. 80, ubi Neomeniam primam in iusse dicit Octobris xxvii, cyclo Solis II, feria II, Lunæ quarto. Itaque ex falso illo principio reliqua omnia falsa, & aversata consequuntur, ubicumque Judaicorum annorum, ac mensium meminit. Omnes, inquam, temporum characterisimi, qui ex Judaica methodo sumuntur, alieni, mendosique sunt toto in Opere. Hic enim primi cycli Judaici typus est, quem pag. 80. describit.

PRIMUS CYCLUS COMPUTI JUDAICI

Table with columns: Anni Periodi Julianæ, Neomenia Tifri, Feria, Littera Dominicalis. Rows 1-19 showing dates from 954 to 972.

Ejusmodi primus est Judaici computi cyclus, à posteriori diversus, ac depravatus. Et tamen de illa ipsa methodo, quam postea damnavit, ita gloriatur: Hac methodo nunc primum docebit homines nostros formam anni Judaici quam penitus usque ab Apostolicis temporibus ignorarunt.

CAPUT XLIX.

De anno veterum Hebræorum Autumnali Scaliger pag. 130.

DISERTE expressum est Exodi xii. Autumnale fuisse caput anni Hebræorum, quia ex Autumnali mutari in vernum præcipitur; item xxiiii. capite solemne Scenopœgiæ confertur in finem anni. Annus igitur incipiebat ab Autumno. Igitur in fine anni mensis intercalabatur. Ideo eveniebat ut primus mensis nunc in Tisri hodiernum, nunc in Marchesvan incidere.

Conjecit itaque Scaliger in unum cyclum caput primi mensis Autumnalis, cum hodiernis nominibus. Cujus cycli initium à mundo deduci debet; sed Scaliger à primo anno Judaico orsus est illum; cujus primus annus incidit in tertium cycli lunaris. Hic igitur cyclus locum habet à primo anno Judaico ad tempus Exodi, quod incidit in annum Judaicum 2264. anno cycli Judaici tertio. ac præterea eodem anno primus mensis congruebat Marchesvan hodierno.

Sic anno isto 2264. Neomenia Tisri incidit in Octob. viii. proximo die ab æquinoctio Nisan in April. II.

Elenchus anni veterum Hebræorum.

QUID in mentem homini venerit, ut annum illum veterem describeret, difficile est assequi; nisi suo ipsum more quid ageret minus animadvertisse dicamus. Nam cur annum illum lunarem veteribus ante Exodum Judaicis attribuit? Neque enim popularis is fuit: siquidem, ut lib. III, pag. 206. asserit, antiqui Hebræi non lunari anno, sed Ægyptiaco usi sunt, etiam Davidis & Salomonis tempore, ut est pag. 208. Sed neque Eccllesiasticus, aut tacite ab illis observatus est annus iste, quem hoc loco describit. Ut enim confent, quæ de primi mensis Neomenia docet, necesse est, ut eandem anni lunaris formam, eundemque modum habuerint, quem hodiernus computus exhibet, nimirum ex Hipparchi præscripto. Atqui ne illud quidem satis demonstrari, ac colligi potest, utrum Judaici primi lunaris anni rationem ullam habuerint; nec est usquam in sacris litteris mensium hujusmodi facta mentio; ut alibi disputavimus. Nedium hoc assentimur Scaligero, accuratissimas lunarium motuum rationes, cujusmodi hodierna sunt, præcis illis constituisse. Cur enim cyclum illum veterem ex hodierna potius forma, quam ex Calippica depinxit? Nam & Calippicam prius asserere Judæi, quam quæ hodie ab illis usurpatur, quæ aliquot post Christum sæculis ortam habuit. Finge quam voles epocham lunaris illius anni; veluti viii. Octobris. Post ccciv. annos, quando in hodierna forma unius diei fit anticipatio, Neomenia primi mensis in vii. Octobris incidit. Quæro igitur, credatne Scaliger Judæos veteres mensis illum, qui epocham anteverterat, primum habuisse, an pro eo sequentem usurpasse. Hoc si fecisse dicat, jam illud necessario sumitur; ejusmodi tum illos lunaris anni formam tenuisse, qualem hodie sequuntur; quod ante omnia demonstrandum fuerat. Quid si enim Calippicam potius amplexi sint, quæ nullam Neomeniarum anticipationem agnoscit? Ita enim accidere potuit, ut sæculis aliquot elapsis, Neomenia biduo, vel triduo præcesserint; adeo ut ipso anno Exodi Neomenia Nisan, quam observavere Judæi, novilunium cælestis totidem diebus morata sit. Ex quo Scaligeriana illa somnia de primi mensis caractere, & ceteris id genus, funditus evertuntur. Quippe non aliter Embolismorum annorum ordo propagari ad præscriptam à Scaligero methodum potest, quam ut lunaris anni quantitas eadem, quæ observatur hodie, apud veteres illos existeret. Quæ cum ita sint, perspicuum est cyclum istum veterem commentitium, & inanem esse, neque magis veterum Judæorum interesse, quam si ad postulatios, & prolepticos annos ante mundi originem accommodaretur. Atque eadem sanè licentia possit aliquis Arabicam & solutam lunaris anni rationem, aut Julianam solarem, vel etiam tropicam, præcis illis Hebræis assignere. Non enim magis cyclo illo, vel ejusmodi anni descriptione usi sunt,

quam earum formarum aliqua, quas nemo nisi stolidus Judæis veteribus assignet.

DE ANNO HEGIRÆ.

CAPUT L.

Scaligeri doctrina lib. III. Ifag. Can. pag. 236. & lib. II. de Emend. pag. 131.

DESULTORIUM Damasconorum, & Hagarenorum annum tandem retextum, ac solum fuisse, antea constitutum est. Quo ex tempore, omnia appellatione, & usu Embolismorum, laxatis habentis, licenter per seriem annorum Julianorum hodiè que vagatur. Quod enim ex Periodo Hagarena laxatus sit, res ipsa loquitur, & ipsa Periodus. Et sanè videtur Embolismus apud peritios fuisse; annus autem retextus apud vulgus remansisse. quemadmodum apud Ægyptios anni vagi usus apud vulgus; intercalatio penes Hierophantas refedit.

Hoc quod dico auctoritate firmatum est. Multæ Arabum colonie in India confederunt, quæ anno Arabico retextu utuntur: eorumque epocha confurgit ex Januario primo editionis Julianæ, qui erat tertius currentis Periodi Damasconæ: quæ est maxima vetustas, & tunc Muharram cepit esse primus mensium, qui antea penultimus erat. Convenit autem tunc in Kal. Jan. quia Rabie prior inivit Martii xii, feria v. cyclo Solis xx, qui mensis hæcenus mensium signifier fuerat.

Quemadmodum verò Muharram primarum Kalendarum Julianarum apud Orientales populos Perio- Hagarenæ nexibus solutus est; ita etiam idem Muharram apud Petros Hagarenos cepit annum vagum ducere, quando Muhammedes videlicet lege sua publicata, coactus est fugam sibi conficere. Unde epocha Muhammedis appellatur Hegirathi, *ἡμερῶν τῆς ἑξορίας*. Caput anni (in Hagarena Periodo) erat Ramadhan Martii xx, feria vii, Cyclo Solis xv. Ergo Muharram quintus à Ramadhan cepit feria vi, Julii xiv, cum tamen Ab Judaicis anni 4382. biduo integro Neomeniam anteverterit feria quarta, Julii xv. Character ejus 4, 7, 112. Hæc est sola ratio, cur Musulmani eo tempore tam serò Neomeniam suam orsi sint; quòd nimirum hoc ex præscripto Periodi fecerunt. Luna enim corniculata tum erat.

Quamquam verisimilius est jam tum solum fuisse embolismum, eandemque fuisse Arabum illorum, apud quos debebat Muhammedes, aram à primis Kal. Julianis; quemadmodum apud Indos, & orientales Arabes; qui tamen Neomenias *ἡνὴρ ἡνὴρ*, & *ἡνὴρ ἡνὴρ* inchoant, cum Muhammedanorum quarto die *ἡνὴρ ἡνὴρ*, *ἡνὴρ ἡνὴρ* auspicietur. Annus primus Hegiræ erat à Kal. Jan. Juliani primi, sexcentissimus sexagesimus septimus: qui sunt anni Arabici absoluti 687. Ergo Muharram Hegiræ erat annus 688, inmens Indorum. Porro ex Tabularum methodo incidit in feriam III, Julii xiiii.

Arabes porro veteres, qui propius ab ætate Muhammedis abfuerunt, Periodum quandam hujus anni vagi constitutere volentes, Triacontaeteridem hunc in modum instituerunt. Unum scrupulum de ratione mensis lunaris deduxerunt. Cum enim lunaris mensis dierum sit 29, 12, 793, semper relinquit aut horas aut scrupula in annis collectis; ita ut nulla Periodus ex annis communibus Arabum inde constari præcisè possit. Itaque ex 793. scrupulis unum detraxerunt. Quare annus Arabicus habet dies 354, 8, 864. deficit enim scrupulis xii. ab anno Judaico. Sunt autem 864. scrupula, horaria scrupula sexagenaria 48, & hora 8, 864. diurna scrupula 22. Itaque primus annus est dierum 354, secundus 355. in totum vero sunt xi. intercalares, scilicet 2, 5, 8, 10, 13, 16, 19, 21, 24, 27, & 29. natura quidem est *ἡνὴρ ἡνὴρ*; sed *ἡνὴρ ἡνὴρ* dilata est in triagesimum, ut fiat æquatio præcisæ rationi lunaris, quod mira solertia ab illis est factum. Alioqui in paucis annis characteres novilunia prævertissent. (quod postea declarabitur.) Omnis igitur ratio scrupulorum lunarium æquatur in ultimo anno *ἡνὴρ ἡνὴρ*: & omnis

nis varietas feriarum in septies triginta annis Arabicis circuit, qui sunt anni cxx.

Contumacissimus verò hic annus est, neque facile redit in gratiam cum anno Juliano: vicissim tertius propius abest à Sole. Tuior magna Periodus, quam excogitavimus annorum 228. Enneadecaeteridem duodecim. Cujus ad methodum plures tabulæ descriptæ sunt.

CAPUT LI.

Elenchus anni Hegiræ, & commentorum super eo Scaligeri.

QUA sit de anno Hagarena Scaligeri sententia ex iis, quæ à nobis supra c. x. disputata sunt, intelligere potuisti; quæ hoc loco summam repetenda sunt. Primum itaque cenet Hagarenos Calippica anni forma usos esse, ita ut fixum esset anni primordium verno tempore, ac per orbem singuli menses annum inchoarent. Post annos verò Calippicos lunares simplices cxxxv, Julianos cxxxviii, Neomeniæ ad eosdem Julianos dies redibant, non tamen ad easdem ferias. Hujus desultoriæ Perio- dicitur in Ifag. Can. in annum Per. Jul. 4666. Postea verò dissoluta retextaque Perio- do, vagum anni principium per Julianorum dierum contextum impune progressum est: quod anno primo Juliano, sive Perio- di Juliane 4669, primum institutum asserit apud Indos, & Orientales: tum apud Hagarenos illos, quorum popularis fuit Muhammedes. Qua in anni ratione certus deinceps mensis anni princeps fuit: neque amplius in verno tempore hæc illius primordium. Ita Scaliger de Hagarena, & Arabico anno; quæ nos antea discussimus. Sunt enim commenta fabulosa. Quis autem veterum, aut recentiorum præter unum Scaligerum desultoriæ istius intercalationis meminit? Quam verò conjecturam hic nominat, quæ ex ipsa periodo ducitur, unde conficitur annum illum vagum & solum ex Perio- do Hagarena, & desultoria luxatum fuisse? Nam ita scribit in lib. III, Ifag. Can. cap. x. *Quid enim ex Perio- do Hagarena luxatus sit, res ipsa, me tacente, loquitur, & ipsa Perio- dus. Quæ tandem Perio- dus? An eandem, hoc est annorum Julianorum 228, Arabicorum 235 intelligit, quæ in soluta anni forma retineatur? At nulla in anno Arabico ex Arabicorum mensium quantitate constato Perio- dus hujusmodi locum habere potest, nec ab alio quam à Scaligero est inventa, non minus falso, quam otiose, ut postea uberius explicabo. In eandem illam desultoriæ Perio- dum argumento dicit esse Arabicum annum vagum ex Hagarena Perio- do fuisse luxatum? At hoc est non solum principium, uti vocant, petere, sed & obscuræ rei fidem ex obscurioribus, & incertioribus facere. Ridiculum autem est, cum demonstrandum illud sit, Arabicum annum solum olim desultoriæ Perio- do constitutum fuisse, id ipsum ex ipsius desultoriæ Perio- di ratione colligere; cum tota illa desultoriæ Perio- di descriptio, ut non commentitia, & à solo Scaligero conficta fuerit, incerta sit tamen, & multo, quam soluta anni forma, minus explorata sit, ac cognita.*

Nam de Calippica anni ratione, quòd non solum apud Græcos, sed etiam apud Judæos, & Arabes usu putat receptam, quam inane sit, satis antea disputatum est. Cujusmodi & aliud somnium est de retexta penes eruditos intercalatione desultoria, ut & apud Ægyptios solos sacerdotes diem unum quarto quoque anno confecto intercalasse, ad anni Juliani methodum. Quod totum commentum esse suo loco videbitur.

Intellexit Scaliger novum hoc esse, quod de Perio- do illa desultoria, de qua anno nexibus ejus soluto, ac re- texto proposuerat. Nam & superiori cap. lib. III, Ifag. Can. nono scripserat, *illud se hæcenus Europæi incognitum, ex monumentis Arabum publicasse*. Quare quid aliud studiosus lætor expectaret, quam auctorem aliquem Hagarenum, & Arabem hæcenus ignotum, quem novæ illius observationis testem adduceret? Fecerat enim certè rei tam iniustitæ, tam incognitæ nostris auctor nominandum aliquis, ejusque verba ipsa referenda, si modo non exstaret, ut inventum illud suum ab omni commenti suspitione purgaret. Sed ne unum

quidem attulit; & cum hoc quod dixerat auctoritate firmandum esse denuntiasset, alia egit omnia. Velim eruditus, & attentus Lætor caput illud decimum libri III. Ifag. Canonum expendat, & si potest, vestigium ullum auctoritatis, vel probationis eruat, quam ad antecedentia demonstranda necessariam Scaliger esse dixerat. Cum enim desultoriæ Perio- dum Damasconorum, & Hagarenorum tandem retextam, & solum esse docuisset, & ex illa natum Arabicum annum, qui per Julianorum mensium contextum evagatur: cumque hoc quod diceret auctoritate probandum adjecisset, Nicolai Contii testimonium protulit; qui in Itinerario suo perhibet aram Judæorum ab Octavio Cæsare putari, & annum eum, quo scribebat, Christi cxxxccc. fuisse secundum Indos cxxxccc. At, inquit, anni Arabici 1489. absoluti sunt anni Juliani 1445. Est autem Julianorum, & Christi annorum discrimen, annorum 45. Igitur Indi à primo Juliano aram suam, & annos lunares auspiciantur. Hæc est summa Scaligerianæ probationis: quæ ut apparet, nihil eorum vel levissimè suadet, quæ maxime demonstranda suscepit. Hoc enim ostendendum utique fuerat: Perio- dum aliquam desultoriæ ante Julianam aram ab Indis, aut Arabibus observatam fuisse; quæ dissoluta vagi anni forma prodierit. At Nicolai Contii locus istud unum efficit; Indos ab anno Juliano primo annorum suorum epocham ordiri, quam ab Arabibus acceperunt: tum eosdem lunaribus anni uti simplicibus, non decemnovennali cyclo. Quod autem desultoriæ intercalationem aliquando tenuerint, non probat. Et enim fieri potest ut Arabes Indorum magistri prius lunarem aliquem cyclum decemnovennalem, aut alio annorum orbe circumscriptum usurparint; postea verò vagum illum, & solum perio- di legibus annum adficerint; utque certus ille cyclus ad Muhammedis usque fugam, & Hegiræ primum annum, aut paulò post retentus fuerit: deinceps autem à Muhammedanis vagus, ac solutus illius loco substitutus: quod aliquot à Muhammede sæculis institutum esse nihil prohibet. Cum autem ex Cycli methodo, cujus initium à verno mense proficisceretur, Muharram in xvi. Julii caderet anno primo Hegiræ, tum denique propter ejus mensis reverentiam, quo inente Muhammedes fugit, mensium primus deinceps sit factus; ideoque lunaris annus embolismorum frano laxato impune vagari permisus fuerit. Quamobrem divinatur Scaliger, dum asserit anno primo Julianæ editionis Muharram in Kal. Jan. incurrisse; fuisseque mensium penultimum, ac deinceps primum esse constitutum. Quæ tria falsissima sunt. Primum enim in capite de anno Indorum vago demonstravimus, ex ipsius Scaligeri sententia, in anno primo Juliano, Neomeniam Hagarenam non in Kal. Jan. sed in secundum mensis ejusdem diem incidisse; idque & ex Calippicæ Perio- di rationibus, & Hagarenæ, quam puram putam Calippicam facit, methodo collectum est. ut hoc everto fundamento omnia ferè, quæ de Hagarena, & Arabico anno scribit Scaliger, labefacta corruant. Quòd autem Muharram penultimum fuisse tum mensium putat; nulla id certa ratione demonstrat. Imò verò ex ejusdem Scaligeri doctrina idem illud absurdissimum ostenditur; ut nos eodem loco declaravimus. Quoniam enim anno primo Juliano solutus est annus Hagarenus triennio post desultoriæ perio- di principium; quam anno Per. Jul. 4666. natam affirmat in Ifag. Can. non potest Rabie prior mensium principis appellari. Nam in desultoria illa forma nullus propriè dici potest primus, sed alternis principatum omnes obtinent. Quòd si tum Muharram demus in Kal. Jan. incurrisse, fortuito penultimum in locum incidit, cum & olim ipse primus esse poterit. Nam vicissim sibi menses omnes principatum cedebant, ac per orbem annum inchoabant. Quare non semper Rabie prior mensium signifer fuit. Quid si ne fuerit quidem unquam, sed unus Ramadhan anni caput existerit? Quod sanè probabilius arbitror; atque ipsum quoque è Scaligeri doctrina concluditur.

Et enim Simplicius in Comm. ad librum v. Physicæ de variis annorum exordiis agens ita scribit: *ὁς δ' ἡμῶν τὴν πρώτην ἀρχὴν, ἐπινοῦντες ἡμῶν ἡμερῶν ἡμερῶν, ὡς ἂν ἡμερῶν ἡμερῶν, ὡς οἱ πάλαι τῶν νῦν καλεσθῆναι ἔμελλον ἡμερῶν, ὡς ἡμερῶν, ὡς ἡμερῶν, ὡς ἡμερῶν, ὡς ἡμερῶν, ὡς ἡμερῶν. Nam quæ principia statimus; velut anni*